

Ut epi diligentissime pbentur ante quam ordinentur. & ut populo non liceat sine consensu clericorum & conprouincialium episcoporum facere electionem.

s. i. lib.

Ut epi non habeantur quos nec clerus nec populus elegit. & ut conuocatis clericis & conprouincialibus fiat electio & ordinatio episcoporum. & de his qui superbiunt in regimine.

surrectionem. Si credat iudicium futurum. & recepturos singulos pro his que in hac carne gesserunt. vel penas vel premia. Si nuptias non improbet si secunda matrimonia non condemnet. Si carnium perceptionem non culpet. Si poenitentibus reconciliatis communicet. Si in baptismo omnia peccata idem tam illud originale contractum quam illa que uoluntarie admissa sunt dimittantur. si extra ecclesiam catholicam ullus saluetur. Cum in his omnibus exanimatus. plenitque instructus repertus fuerit. tunc ordinetur episcopus.

Ut epi diligentissime pbentur. antequam ordinentur.

VIIII Excerpt. Aurelian. Cap. xii

Ut epi. iudicio metropolitanorum & eorum episcoporum qui circum circa sunt. pruehantur ad ecclesiasticam potestatem. hi uidelicet. qui plurimo tempore pbantur tam uerbo fidei. quam recte conuersationis exemplo. Quod populo non liceat per se sacerdotum facere electiones.

X Excerpt. Bragarensi. Cap. i.

Non liceat populo electionem facere per se eorum qui ad sacerdotium prouocantur. sed in iudicio episcoporum esse debet. ut ipsi cum qui ordinandus est pbent. si in sermone & fide. & spiritali uita edoctus sit.

Quod non habeantur epi. quos nec clerus. nec populus elegit. nec conprouinciales epi consecrarunt.

Cap. leonis pp. xv.

XI

Nulla ratio sinit. ut inter episcopos habeantur. qui nec a clericis sunt electi. nec a plebibus expetiti. nec a conprouincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati. Unde cum sepe questio de male accepto honore nascatur. quis ambigat. nequaquam & ab istis esse tribuendum. quod non doceatur fuisse collatum. Si qui autem clerici ab istis pseudo episcopis in eis ecclesiis ordinati sunt. que ad proprios episcopos pertinebant. & ordinatio eorum cum consensu. & iudicio presidentium facta est. potest rata haberi. ita ut in ipsis ecclesiis perseuerent. Aliter autem uana habenda est consecratio. quia nec loco fundata est. nec auctoritate munita.

Quod nullus ordinari episcopus debeat nisi ex conuentione.

Excerpt. Aurelian. Cap. ii.

XII

Nullus est ordinandus episcopus. nisi conuocatis clericis & parrochianis. & in unum consentientibus. De illis qui accipiunt regimina ecclesiarum. & cunctos superbie fastu paruipendunt.

XIII Origenis dicit

Quidam assumpta ecclesia. & rebus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
UNI FREIBURG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Universitätsbibliothek Freiburg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ubfr_hs7/0022